



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Parallela Geographiae Veteris Et Novae**

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1648**

§. 1. Nomen Belgij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13147**

## LIBER OCTAVVS.

*De Belgio.*

**B**ROPEARVM regionum est illa minima, si amplitudinem spectaueris; si diuitias, & hominum frequentiam, paucis admodum decedet; vrbibus ita frequentibus, vt sese contingere videantur.

## CAPVT PRIMVM.

*De Belgio generatim.*

**Q**VÆREMVS eius Nomina, Quantitatem, Qualitatem, Mores, Politiam, Linguam, Religionem.

§. 1. *Nomen Belgij.*

VARIA huius Regionis nomina deprehendo apud scriptores.

1. est BELGIUM quo ferè vtuntur omnes qui Latine scribunt, Quod qui referunt ad Belgium Cæsaris satis à nobis supra refutati sunt. Nomen igitur hoc habet à Galliâ Belgicâ, cuius maximam partem hæc Regio continet.

2. NIDESLANDIA, seu Neuerlanlia, hoc est Regio inferior, vulgò *les Pays Bas*: qui autem Germaniam inferiorem nominarunt, perperam totius nomen affixerunt parti. Nam inferiori Germaniæ & quæ trans Mœnum iacet hoc quoque Belgium attextitur.

3. FLANDRIA *la Flandre*, ita dicta vel à flatibus, vel fluctibus maris, quia Oceano Germanico verberatur, vt legitur in actis Aldenburghensis monasterij; vel à voce *Flandra*, quæ æstuaria sonat, quod magis probat Meyerus: vel denique à Flanberto quodam, quem Clodio Francorum Rex huic oræ maritimæ præfecit, vt Flandri loquuntur Annales.

§. 2. *Quantitas Belgij.*

*Longitudo eius Geographica* desumitur ab oppido *Hedino*, ferme